Il 9 novembre 1732 anche a Scala S. Alfonso de Liguori, non senza qualche influsso della Crostarosa, fondò la Congregazione dei missionari del SS. Redentore, come è largamente documentato dalla storia.

Durante i rivolgimenti politici ottocenteschi perì il monastero di San Cataldo, e vari scritti del medesimo vennero trasportati all'archivio delle Suore Redentoriste, che sopravvissero alla bufera. Il vetusto asilo di pace benedettina, ricco di memorie, cadde nelle mani del demanio ed indi in quelle di alcuni signori protestanti della Danimarca, che v'istallarono una loro opera sociale.

Dal monastero redentorista nel 1766 sciamarono le prime suore su invito di S. Alfonso e fondarono un convento nella città episcopale di S. Agata dei Goti (Benevento). Di qui ai tempi del Vener. Servo di Dio P. Passerat (m. 1858) si diffusero attraverso Vienna in Europa e nelle Americhe e recentemente in Asia (16).

Il reverendo della Mura, nel lontano 1633, donando i suoi beni patrimoniali pensava appena ad una istituzione municipale, idonea per una cerchia ristretta di paesane. La Provvidenza al contrario si servì di quell'angolo di terra per farvi germogliare, dopo la esperienza visitandina, l'Ordine claustrale del SS. Redentore: uno degli ultimi Ordini femminili riconosciuti dalla santa Sede.

Contemplative, dai voti solenni, vestite di rosso e di azzurro, nella loro ascesi eminentemente cristocentrica, le Suore Redentoriste attendono con vocazione apostolica alfonsiana alla salvezza delle anime più abbandonate, silenziose pioniere dei fratelli spirituali, che lavorano nelle trincee remote della fede.

Andreas Sampers

RELATIO PATRIS SRNA DE S. CLEMENTE EXARATA PRO PROCESSU APOSTOLICO

Pater Iosephus Srna (1), natus die 18 martii 1796 in Mährisch-Budwitz, loco originis patris S.i Clementis (2), propter familiaritatem qua in iuventute per plures annos cum S.o Clemente coniunctus erat, unus ex principalibus testibus Processus Ordinarii vindobonensis fuit (3).

---

(16) Il Rev.mo P. Celestino Cocle, rettore maggiore CSSR, nel suo *Diario* (1824-1831) inedito fornisce utili informazioni circa i rapporti delle Suore Redentoriste di S. Agata dei Goti con quelle di Vienna; cfr foll. 272, 281, 304, 345, 360, 364, 368, 373, 376 (Arch. provinc. Napoletano - Pagani, 5; Rett. Magg., 27 *Diario*).

(1) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 4 (1956) 286 n. 18. Dies tamen nativitatis in Processu Ordinario S.i Clementis ab ipso P.e Srna indicatur 18 III 1796 (Processus Ordinarius, *Copia publica,* I f. 193. - Archivum Postulationis CSSR); in Catalogis CSSR, tam manuscriptis quam impressis, semper: *19 III 1796 (forse est dies Baptismi).

(2) Cfr *Spic. hist.* 4 (1956) 89-90.

(3) Depositio Patris Srna in versione latina habetur in *Copia publica* I ff. 192-216, in

Iosephus, ut meliorem institutionem adipisceretur, imprimis ut linguam germanicam bene addisceret, adhuc puer, a patre in urbem Wien missus est. In notulis quibus propriam vitam iuvenilem descripsit, P. Srna, annis iam provectus (4), haec habet: « Ipse [pater] et avunculus me deduxerunt in urbem [Wien], quo die 16 maii an. 1807, post tres dies in longo itinere consumptos, feliciter pervenimus ». (5).

Secundum communicationem R.di D.ni V. Bečvar, qui paroeciam natalem P.is Srna an. 1870 regebat, et qui a P.e Fr. Kuntz rogatus fuerat, ut notitias de infantia et pueritia P.is Srna colligeret (6), puer Iosephus circa an. 1810 tantum in urbem Wien venisset. « Cum adolescens esset annorum circiter quatuordecim, Viennam se contulit » (7).

Ab initio commorationis in Wien conscientiae moderatorem adhibuit Patrem Ordinis Servorum B. Mariae (Servitae), qui in suburbio « Rossau » conventum habuerunt, quem adhuc tenent. Recordari iuvat, P.em Hofbauer, cum an. 1808, post expulsionem violentam ex Polonia, urbem Wien ingressus esset, primum habitasse in domuncula quadam, in suburbio « Alservorstadt » sita; secum tenuit fratrem clericum Martinum Stark; fratribus vero laicis, quos secum ducere potuit, apud domus religiosas hospitium providit: fratri Widhalm apud PP. Servitas in vicino suburbio « Rossau », fratri Kunzmann apud PP. Cistercienses in abbatia Heiligenkreuz (8). Ita factum est, ut Sanctus saepius conventum PP.um Servitarum in « Rossau » visitaret, ubi etiam in ecclesia confessionibus audiendis sedulo incumbebat.

An. 1809 PP. Mechitaristae, propter militum francogallorum insidias ex provinciis illyricis profugi, in urbem Wien advenerunt, et primum apud PP. Servitas benigne recepti sunt, usquedum anno sequenti, per benignitatem ipsius Imperatoris Francisci I, ex-conventum PP.um Cappucinorum « Am Platzl » in suburbio « Lichtenthal » obtinuerunt. Notum est, quantum et quomodo S. Clemens monachos illos optimos peregrinos primis temporibus adiuvaret; usque ad mortem quavis hebdomada populi confessiones suscipiendi causa eorum ecclesiam frequentare pergebat.

Interea, a medietate an. 1810, Sanctus noster apud ecclesiam, quae « italica » dicitur (« Italienische Kirche ») habitare coepit, magis magisque apud populum humilem, sed etiam inter coetus doctos et cultiores notus. Apostolatus vero publicus proprii nominis, quo S. Clemens celebritatem merito adeptus est, anno tantum 1813 incepit, quando, Rector ecclesiae monialium Ursulinarum in vico « Seilerstätte » constitutus, in ecclesia propria liberius zelum suum explicare potuit.

Mirum non est, iuvenem Srna, familiarem in conventu PP.um Servitarum, P.em Hofbauer, vitae eius rationem et zeli operositatem, e propinquo observasse et admirasse.

Sic factum est, ut Iosephus quodam die an. 1813 (8a) in quandam ecclesiam

---

sessione 18 et 19 dierum 11 et 14 III 1864. Ex hoc exemplari excerpta impressa sunt in *Positio super introductione causae,* Romae 1866, Summarium 4 ss. In *Monumenta Hofbaueriana* XI, Torún 1939, 53-67, reproducitur etiam depositio, ab interrogatorio VII, in lingua originali germanica, secundum authenticum exemplar in Archivio archiepisc. in urbe Wien asservatum.

(4) Fr. Kuntz, *Brevis Vita RP.is Iosephi Srna,* ms in AG Bibliotheca 147, 2, p. 5: « Morti iam proximus, ipse RP. Srna de hoc primo suae vitae tempore narratiunculam contexit ». P. Kuntz hac fonte continuo utitur. - In Archivo Provinciae Lugdunensis conservatur originale libri P.is Kuntz, ipsius manu scriptum.

(5) *Ibid.* 6. (6) *Ibid.* 2. (7) *Ibid.* 6.

(8) In depositione, quae infra transscribitur, explicite laudatur S. Clemens pro pietate sua erga fratres laicos senescentes, quos tempore persecutionis in aliis conventibus collocare sategit.

(8a) In AG Reg. 6b conservatur exemplar libri *Constitutiones et Regulae Congr.*

se contulit ubi P. Hofbauer concionaturus erat; post eucharisticam benedictionem Dei famulum adiit, qui eum crastino die in propriam habitationem invitavit. Colloquium illius diei pro bono iuvene maximi fuit momenti: nova et vera vitae institutio determinata est. Srna exinde Sanctum in animae suae moderatorem assumpsit, qui non parum advigilabat, ut tantae spei discipulum ad praecellentis in Deum pietatis gradum perduceret (9).

Adolescentis spiritualis fervor increvit et mox clare apparuit eius ad Alfonsianam Familiam vocatio. « Cum igitur Venerabili Moderatori discipuli vocatio certo explorata esset, et cum discipulus religiosam vitam sitienter appeteret, alter alteri promissiones dederunt hujusmodi: Moderator nempe promisit se, quam primum per rerum adjuncta licuerit, illum in Congregationis gremium recepturum esse; Discipulus autem promisit se alumnis Congregationis, statim ac fieri potuerit, aggregatum iri. Ipse Pater Srna est qui in suis notulis, rem sic enarrat: « Equidem religionis vota formaliter non emisi ante an. 1820; sed mentalem meam oblationem feci jam an. 1814 inter manus Ven. P.is Hofbauer, addita clausula eam effectu complendi, ubi primum per tempus licuerit » (10).

Ut melius vitae spiritualis et vocationi optimi iuvenis provideret, S. Clemens eum post annum in adhuc maiorem familiaritatem admisit, eo quod apud se habitationem dedit. « Anno 1815 Ven. P. Hofbauer, rogante Provicario Vallachiae, quatuor Congregatos Buckarestum in Vallachiam misit. Hisce profectis, suasit mihi Dei Famulus ut deinceps secum habitarem et manducarem (10a). Insuper promissum renovavit, fore ut ipse in tyrocinium me admitteret in primo collegio quod sive Vindobonae sive alibi fundaretur. Ad me quod attinet, laetabundus equidem oblatas conditiones accepi, eo magis quod benevolentia plane religiosa factae essent, quodque Dei voluntatem clare in eis inspicerem. Relicto igitur priori meo domicilio, in Venerabilis viri domum migravi. Porro, ex hoc praesertim tempore Patrem Hofbauer tamquam patrem habui. Sed et ipse, perinde ac si ipsius filius essem, paterne mecum in omnibus egit. Multa ipsi in hoc fuit sollicitudo ut ad sanctiorem me vitam informaret, utque fructuose studiis incumberem. Neque ipsius meae valetudinis curam bonus pater exclusit. Nostra familia parum numerosa erat: constabat Venerabili Dei famulo, Patre Ioanne Sabelli, Patre Martino Starck, et mea personula. Suam quisque cellulam habebat in tertia domus contignatione, excepto Venerabili Patre, qui suam habebat in secunda » (11).

An. tandem 1818 spes affulsit regularem noviciatum aperiendi, in monasterio Valsainte, olim Carthusianorum, quod in helvetica republica situm est, inter montium abrupta districtus (« Canton ») Freiburg. Sic circiter quinque annis in sancta familiaritate inter magistrum et discipulum transactis, quorum tres ultimi sub uno eodemque tecto, separationis tempus advenerat.

Presbyterorum sub invoc. SS. Redemptoris[2]; Roma, Archang. Casaletti, 1782. Hoc exemplar incompletum (desunt pp. 113-146) ad usum P.is Srna fuit, qui manu propria 14 pp. adiunxit. P. 9: « Moi aussi, j'ai eu le bonheur de faire sa connaissance l'an 1813 ».

(9) KUNTZ, *o.c.* 8-9. (10) *Ibid.* 9.

(10a) In notulis ad *Constitutiones* (supra n. 8a) p. 9 habitatio apud S. Clementem an. 1814 iam coepisse dicitur: « Ce fut avant leur départ, que le P. Hofbauer m'engagea de prendre chez lui la chambre et la table, l'an 1814... ».

(11) KUNTZ, *o.c.* 11 - In notulis ad *Constitutiones* (supra n. 8a) p. 11-12 habitatio S.i Clementis pressius describitur: « Le RP Hofbauer habitait au second étage, il n'avait qu'une chambre et une sorte de cabinet. - Sa chambre était très modeste et respirait une pauvreté religieuse; ses meubles en furent simples et d'un style pauvre et patriarcale. - Elle était son dortoir, son réfectoire et son parloir, un salon de réception de toutes les classes de personnes, une salle pour des lectures, pour des conférences et pour d'autres entretiens ascétiques. Ce fut aussi l'oratoire de notre bon Père Clemens Maria Hofbauer ».

Srna noster Patrem suum veneratissimum in hac vita non amplius vidit, memoriam numquam perdidit.

S. Clemens itaque discipulum fidelem in longinquam Helvetiam misit, ad P.em Passerat, data quoque epistula commendaticia, cuius tenorem hic transscribimus (12).

Mon cher Frère!

Je Vous envoye celui qui Vous apporte cette lettre, un jeune homme de meilleure qualité; faites pour lui tout ce que Vous iriez faire pour moi. Il faut le dispenser comme Novice qu'il puisse faire progrès en science. Il est pieux, et prie constamment et d'une manière ardente. J'espère qu'il réjouira Ton coeur. Ma lettre écrite en françois sera parvenue jusqu'a Toi. L'adresse est comme tu le sçais: A Monsieur le Secrétaire de son Altesse le prince de Metternich, Joseph de Pilat. Dieu benisse Toi et les Tiennes comme je le prie toujours. - Je suis Ton frère qui T'aime tendrement.

Le 6 Mars 1818

J. C. Mra H. C.S.S.R.

Post iter sat laboriosum, more pauperum pedibus confectum (13) Iosephus die 15 IV 1818 in Cerniat advenit, ubi P. Passerat paroeciae deservivit. « Sed statim ab illo Vespiam missus [est] ad RP.em Franc. Hofbauer, ut ibi maneret, donec Vallis Sancta incoleretur » (14).

Solemni ingressui fratrum in Valsainte, die 12 maii (15), Srna noster non interfuit, sed tandem versus finem mensis maii advenit cum P.e Francisco Hofbauer (16), « ut novitiatum inciperet » (17). Attamen noviciatum non subito ingredi potuit, quamvis in epistula S.i Clementis dignissimus indicaretur; P. etenim Passerat statuerat, noviciatum inchoare tantummodo mense novembri, quo tempore omnes suos Congregatos adunare decrevit, ut per sacra exercitia, post tantos dispersionis annos, animos omnium in spiritu Instituti renovaret (18). « Post exercitia Ch. Fr. Srna vestitus est habitu Congregationis et novitiatum coepit. [...] RP. Josephus Hofbauer declaratus est lector et magister novitiorum » (19).

Noviciatu feliciter superato, Srna noster die 22 martii 1820 vota nuncu-

---

(12) Originale huius epistulae servatur in AG IX A 3 et iam impressum invenitur in *Mon. Hofb.* XI 66 nota 4. Denuo transscribimus epistulam hanc, quia edita est extra seriem epistularum S. Clementis, ideoque facile praeteriri potest.

Exstat etiam in AG Pr. GH XII 31, ubi plures litterae P.is Srna asservantur sicut etiam mortis nuntius et necrologium, copia epistulae commendaticiae ab ipso P.e Srna exarata. Copia haec edita est in *Analecta* 24 (1952) 161.

(13) KUNTZ, *o.c.* 23.

(14) *Mon. Hofb.* XV 95.

(15) Cfr TH. LANDTWING, *Die Redemptoristen in Freiburg in der Schweiz* (*Bibl. hist. CSSR* II), Roma 1955, 23. - *Mon. Hofb.* XV 95.

(16) Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 4 (1956) 286 n. 16; etiam *Analecta* 11 (1932) 218-225.

(17) *Mon. Hofb.* XV 96.

(18) KUNTZ, *o.c.* 25.

(19) *Mon. Hofb.* XV 96. - Ipse P. Srna in suis notulis de sua vestitione haec habet: « Inter hunc sacrum secessum mihi contigit ut sacra Congregationis veste induerer. Caeremonia parum solemnitatis habuit; non enim in publica aede facta est, sed in simplici conclavi. Porro, post sacrum secessum, saecularibus meis vestimentis iterum indutus sum, hisque semper, usque ad finem tyrocinii mei, indutus incedebam. Magna enim paupertas, qua nascens collegium premebatur, praepediebat quominus religiosa vestimenta compararentur » (KUNTZ, *o.c.* 26).

pavit, S.o Clemente ab octo diebus iam defuncto (20), et post duos menses, die 27 maii, sacerdotio auctus est (21).

Nemo miretur, P.em Srna imaginem vivam personae et virtutum P.is Hofbauer semper conservasse. Hoc elucet inter alia in depositionibus quas in Processu informativo an. 1864 fecit (22).

Ut a iure statuitur, testes Processus ordinarii (seu informativi) in altero Processu, Apostolico nempe, iterum testificari debent. Itaque etiam Srna noster brevem relationem paraverat, hoc proposito, ut in Processu Apostolico inseri posset. Probabiliter iter in urbem Wien non iam fecisset; senex erat 74 annorum! Sed testimonium scriptum in Processum compulsari potuisset. Ne id fieret tamen, morte praeventus est, die 2 martii 1870, in collegio nostro St.-Nicolas-du-Port (prope Nancy). Ita factum est, ut depositio manuscripta P.is Srna cum aliis scriptis in tabulario Provinciae Gallico-Helveticae collocata esset, ubi anno praeterito (23) eam invenimus.

Operae pretium esse duximus, brevem hanc, sed magni valoris relationem denique tandem fratribus communicare, quae non minus S.o Clementi, duci e magistro, quam P.i Srna, docili discipulo sancti viri, honori et decori est.

||1|| Ego Josephus Srna, Congr. SS. Red., Minister et Consultor im Kloster zu St Nicolas du Port in Frankreich, Diöcese Nancy, bestätige und bekräftige unter dem hl. Eide in diesem hl. apostolischen Prozeße alle jene Punkte, die ich in dem ersten Prozeße 1864, d.h. in der Einleitung zur Beatificatio und Canonizatio des Ehrwürdigen Dieners Gottes, Clemens Maria Hofbauer, Priester der Congregation SS. Redempt., eidlich aussagte und bezeugte.

Als Augenzeuge sah ich sein frommes Leben, seine großen Tugenden, und seine ausgezeichnete Heiligkeit. Als Ohrenzeuge hörte ich den allgemeinen Ruf und die Hochachtung der großen Heiligkeit des Ehrw. Dieners Gottes in der ganzen Stadt Wien. Spätere Jahre viel Gutes von verschiedenen Augenzeugen.

||2|| Ueber die Verehrung der Heiligsten Jungfrau Maria.

Es ist allgemein bekannt, daß der Ehrwürdige Diener Gottes Clemens Maria Hofbauer ein sehr eifriger und ausgezeichneter Verehrer der allerseligsten Jungfrau und Gottes-Mutter Maria in seinem ganzen Leben gewesen ist. Ueber diesen Punkt war nur eine Stimme aller derjenigen, die den Diener Gottes gekannt haben.

Heute fühle ich mich noch verpflichtet, in diesem apostolischen Prozeße folgendes zu melden, was meinem Gedächtniße entfallen blieb, nämlich:

Daß der Ehrwürdige Diener Gottes eine ganz vorzügliche Andacht und Verehrung trug zu der reinsten, unbefleckten Jungfrau Maria.

(20) Nescimus qua ratione noviciatus Fr.is Srna per 16 menses protrahebatur.

(21) « Susceptis die trigesima ejusdem mensis martii clericali tonsura ac quatuor ordinibus minoribus, et tertio post die, ordine subdiaconatus a Lausanensi episcopo Petro Tobia Yenni, junior noster religiosus diaconus consecratus est ab eodem antistite die vigesima secunda maii, et tandem die vigesima septima ejusdem mensis maii, sabbato scilicet Quatuor Temporum Pentecostes, initiatus est sacerdos, Friburgi Helvetiorum, in ecclesia Monialium Sanctae Ursulae » (KUNTZ, *o.c.* 27-28).

(22) Vide supra notam 3.

(23) Gratias debitas agimus Plur. RP.i Renato Billiet, Superiori Provinciae Lugdunensis, qui humanissime nobis plura documenta archivi provincialis examinanda et exscribenda tradidit.

Zwar bestand das hl. Dogma nicht, worüber wir uns mit der hl. Kirche seit anno 1854 erfreuen.

Jedoch gestützet auf die beständigen Gesinnungen der hl. Kirche und der heiligen ||3|| gelehrten Väter, ward er in seinem frommen und demüthigen Glauben ganz überzeugt, daß der Allmächtige die hl. Jungfrau Maria vor aller Makel der Erbsünde in der hl. Empfängniß bewahrte, und Sie mit allen seinen göttlichen Gnaden und Gaben ausschmückte, um Sie zu einer würdigen Wohnung des göttl. Sohnes vorzubereiten.

Zu diesem frommen Glauben ganz beseelet, verehrte der Diener Gottes mit vorzüglicher Andacht diese reinste unbefleckte Jungfrau Maria. Er machte sogar das hl. Gelübde, und widmete sich für immer, ihre heiligen Vorzüge zu verehren und sie zu vertheidigen.

Diese Widmung lautete:

Ego, Clemens Maria Hofbauer, voveo ac juro, me juxta Summorum Pontificum Pauli V. et Gregorii XV. constitutiones publice ac privatim velle pie tenere, Beatam Virginem Mariam, Dei Genetricem, absque Originalis Peccati macula conceptam esse, donec aliter a Sede Apostolica definitum fuerit.
Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

||4|| Der Diener Gottes begnügte sich nicht nur privatim diese reinste, unbefleckte Jungfrau Maria zu verehren; sondern er sprach gerne und mit größter Herzensrührung öffentlich von Ihr, theilte diese fromme Verehrung von der Kanzel allen Anwesenden und im Beichtstuhle seinen Beichtkindern mit, vorzüglich für das jährliche hohe Fest Conceptionis Beatae Mariae Virginis. Er lud alle ein, diesen Tag mit vorzüglicher Frömmigkeit zuzubringen, der hl. Messe mit größter Andacht beyzuwohnen, die hl. Sakramente zu empfangen usw.

Daher brachte der Diener Gottes am Vorabende dieses glorreichenden Festes, wie auch am Feste im Beichtstuhle zu, bereitete sowohl die Klosterfrauen als die frommen Verehrer zu der hl. Comunion, die er ihnen an diesem hl. Tage ertheilte.

Diese kindliche Andacht des Ehrwürdigen Dieners Gottes, und die heilsamen Eindrücke blieben bey allen Anwesenden unvergeßlich. Dieses melde ich aus eigener Erfahrung, indem der Ehrwürdige Diener Gottes durch viele Jahre mein gewöhnlicher Beichtervater und Seelenführer gewesen sey.

P. Jos. Srna SS. Red.

||5|| Super charitatem fraternam Venerabilis Servi dei Cl.M.Hofb.

Diese wichtige Tugend war dem Ehrwürdigen Diener Gottes wie angeboren; er übte sie stets im strengsten Sinne, in einem heroischen Grade gegen seinen Mitbrüdern. Sanft, vorkommend, liebreich gegen allen, in geistlichen sowohl als in leiblichen Bedürfnißen ward er unermüdet; er ist wahrlich allen alles geworden.

Er pflegte zu sagen: « Meine Brüder verließen um Christi willen Vater und Mutter die sie liebten; daher muß ich um Christi willen an ihnen, mehr als Vater, mehr als Mutter in der Liebe seyn ».

Diese wahrhaft brüderliche Liebe des Dieners Gottes zeigte sich vorzüglich in den schwierigsten Umständen; nämlich in der Auflösung ||6|| und Aufhebung seiner Klöster, nach der gänzlichen Zerstreuung seiner Mitglieder durch die Feinde der hl. Religion, der Kirche Gottes und der geistlichen Gemeinden.

Zu diesen traurigen Umständen gieng seine Hauptsorge dahin, alle seine zerstreuten Mitbrüder in diesen bösen Zeiten zu erhalten; vor allem, die alten Layenbrüder, die er in gewisse Klöster versetzte, um sie in ihrem religiösen Berufe zu erhalten, sie im geistlichen und im zeitlichen zu besorgen.

O wie liebreich munterte der Diener Gottes seine zerstreuten Patres auf, durch oftmaligen Schreiben, zur Beharrlichkeit in ihrem hl. Berufe, ein frommes, untadelhaftes Leben zu führen, die hl. Regel des seligen Alphonsus genau zu beobachten, alle Beschwärniße, alle Mängel, alle Verfolgungen nach dem Beyspiele Jesu Christi zu übertragen, mit Vertrauen auf die Barmherzigkeit Gottes und auf die Fürbitte der hl. Jungfrau Maria die Versammlung abzuwarten. ||7|| Diese traurigen Umstände der Versammlung dauerten bey 12 Jahre; um diese kleine Heerde zu erhalten, opferte sich der Diener [*Gottes*] ganz auf, berief oft den Oberen P. Jos. Passerat zu sich, theilte ihm seine Ermahnungen, seine Vorschriften, seine weisen Befehle mit in Bezug seiner armen Mitbrüder, arbeitete unermüdet, um in der Schweitz ein Kloster zu erhalten, welches endlich geschah im Jahre 1818 im Canton Freyburg, zu Valle-Sainte. Jetzt sah sich der Diener Gottes glücklich, indem er seine Mitbrüder versammelt erblickte.

Alles dieses ist mir bekannt aus eigener Erfahrung, vieles sah ich selber, vieles vernahm ich aus dem Munde unserer Seniores der hl. Congregation.

P. Jos. Srna SS. Red.